Incipit regula beati Augustini episcopi patris nostri.

Ante omnia fratres karissimi diligatur Deus, deinde proximus, quia ista precepta sunt principaliter nobis data. Hec igitur sunt que ut observetis precipimus in monasterio constituti. Primum propter quod in unum estis congregati ut unanimes habitetis in domo et sit vobis anima una et cor unum in Deo. Et non dicatis aliquid proprium: sed sint vobis omnia communia. Et distribuatur unicuique vestrum a preposito vestro victus et tegumentum: non equaliter omnibus, quia non equaliter valetis omnes: sed potius unicuique sicut cuique opus fuit. Sic enim legitis in actibus apostolorum: quia erant illis omnia communia: et distribuebatur unicuique sicut cuique opus erat. Qui vero aliquid habebant in seculo: quando ingressi fuerint monasterium libenter velint illud esse commune. Qui autem non habebant: non ea querant in monasterio, que nec foris habere potuerunt. Sed tamen eorum infirmitati quod opus est tribuatur: etiam si paupertas eorum quando foris erant nec ipsa necessaria poterat invenire. Non tamen ideo putent se esse felices: quia invenerunt victum et tegumentum quale foris invenire non potuerunt. Nec erigant cervicem, quia sociantur eis ad quos foris accedere non audebant: sed sursum cor habeant et terrena vana non querant: ne incipiant monasteria divitibus esse utilia non pauperibus, si divites illic humiliantur et pauperes illic inflantur. Rursus etiam illi qui aliquid videbantur esse in seculo: non habeant fastidio fratres suos qui ad illam sanctam societatem ex paupertate venerunt. Magis autem studeant non de parentum divitum dignitate: sed de pauperum fratrum societate gloriari. Nec extollantur si communi vite aliquid de suis facultatibus contulerunt. nec de suis divitiis magis superbiant, quia eas monasterio partiuntur, quam si eis in seculo fruerentur. Alia quippe quecumque iniquitas in malis operibus exercetur ut fiant: superbia vero etiam bonis operibus insidiatur ut pereant. Et quid prodest dispergendo dare pauperibus et pauperem fieri: cum anima misera superbior efficitur divitias contempnendo, quam fuerat possidendo? Omnes ergo unanimiter et concorditer vivite: et honorate in vobis Deum invicem: cuius templa facti estis. Orationibus instate: horis et temporibus constitutis. In oratorio nemo aliquid agat nisi ad quod factum est. unde et nomen accepit: ut si forte aliqui etiam preter horas constitutas, si eis vacat, orare voluerint: non eis sint impedimento, qui ibi aliquid agendum putaverint. Psalmis et ymnis cum oratis Deum: hoc versetur in corde quod profertur in ore. Et nolite cantare: nisi quod legitis esse cantandum. Quod autem non ita scriptum est ut cantetur: non cantetur. Carnem vestram domate ieiuniis et abstinentiis esce et potus: quantum valitudo permittit. Quando autem aliquis non potest ieiunare: non tamen extra horam prandii aliquid alimentorum sumat: nisi cum egrotat. Cum acceditis ad mensam, donec inde surgatis, quod vobis secundum consuetudinem legitur, sine tumultu et contentionibus audite: nec sole vobis fauces sumant cibum: sed et aures esuriant verbum Dei. Qui infirmi sunt ex pristina consuetudine, si aliter tractantur in victu, non debet aliis molestum esse, nec iniustum videri eis quos fecit alia consuetudo fortiores. Nec illos feliciores putent, quia sumunt quod non sumunt ipsi: sed sibi potius gratulentur, quia valent quod non valent illi. Et si eis qui venerunt ex moribus delicatioribus ad monasterium, aliquid alimentorum, vestimentorum, operimentorum vel datur, quod aliis fortioribus et ideo felicioribus non datur: cogitare debent quibus non datur, quantum de sua secularis vita illi ad istam descenderint: quamvis usque ad aliorum qui sunt corpore firmiores frugalitatem pervenire non



quod fecit; et ille qui lesus est sine disceptatione dimittere. Si autem se invicem leserint, invicem sibi debita relaxare debebunt propter orationes vestras, quas utique quanto crebriores habetis, tanto saniores habere debetis. Melior est autem qui quamvis ira sepe temptetur, tamen impetrare festinat ut sibi dimittat cui se fecisse agnoscit iniuriam, quam qui tardius irascitur et ad veniam petendam tardius inclinatur. Qui autem numquam vult petere veniam, aut non ex animo petit, sine causa est in monasterio, etiam si inde non proiciatur. Proinde vobis a verbis durioribus parcite. Que si emissa fuerint ex ore vestro, non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta unde facta sunt vulnera. Quando autem necessitas discipline in moribus coercendis dicere vos verba dura compellit, si etiam ipsum modum vos excessisse sentitis, non a vobis exigitur ut a vobis subditis veniam postuletis, ne apud eos quos oportet esse subiectos dum nimium servatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. Sed tamen petenda est venia ab omnium domino, qui novit eos quos plus iusto forte corripitis, quanta benivolentia diligatis. Non autem carnalis sed spiritualis inter vos debet esse dilectio. Preposito tamquam patri obediatur, multo magis presbitero qui omnium vestrum curam gerit. Ut ergo cuncta ista serventur, et si quid minus servatum fuerit, non negligenter pretereatur, sed ut emendandum corrigendumque curetur, ad prepositum precipue pertinebit; ut ad presbiterum cuius apud vos est maior auctoritas referat quod modum vel vires eius excedit. Ipse vero qui vobis preest non se existimet potestate dominantem, sed caritate servientem felicem. Honore coram vobis prelatus sit vobis, timore coram deo substratus sit pedibus vestris. Circa omnes seipsum bonorum operum prebeat exemplum. Corripiat inquietos, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, paciens sit ad omnes. Disciplinam libens habeat, metuendus imponat. Et quamvis utrumque sit necessarium, tamen plus amari a vobis appetat quam timeri, semper cogitans deo se pro vobis redditurum esse racionem. Unde vos magis obediendo non solum vestri sed etiam ipsius miseremini, quia inter vos quanto in loco superiore, tanto in periculo maiore versatur. Donet dominus ut observetis hec omnia tamquam spiritualis pulchritudinis amatores, et bono Christi odore de bona conversacione fragrantes, non sicut servi sub lege sed sicut liberi sub gratia constituti. Ut autem vos in libello hoc tamquam in speculo possitis inspicere, ne per oblivionem aliquid negligatur, semel in septimana vobis legatur. Et ubi vos inveneritis ea que scripta sunt facientes, agite gratias domino bonorum omnium largitori. Ubi autem sibi quicumque vestrum videt aliquid deesse, doleat de preterito, caveat de futuro, orans ut sibi debitum dimittatur et in temptacionem non inducatur.

Explicit regula beati Augustini yponensis episcopi patris nostri.

Incipit commentum Hugonis de sancto Victore in regula beati Augustini yponensis episcopi patris nostri. Ut post dilectionem dei et proximi caritas et unanimitas custodiatur: nichil quod proprium sed omnia communia iudicent.

Hec precepta que subscripta sunt ideo regularia appellantur, quia videlicet in eis nobis recte vivendi norma exprimitur. Regula autem dicitur eo quod recte regat vel recte doceat. Et quod nos dicimus regula, greci canon appellant. Unde et greco nomine canonici, id est regulares appellati sunt hii qui in monasteriis constituti iuxta regularia precepta sanctorum patrum canonice atque apostolice vivunt. Quibus dicitur: Hec sunt que ut observetis precipimus in monasterio



Sequitur plogus frīs humberti
Magrī generalis ordinis p̄dica
torum sr̄ in explanacionē Regule
de vita clericorum. Aurelij. Au
gustini Episcopi yponensis Bea
tissimi patris nostri.

Cogitanti
michi de
sermone
qui erit it̓
frēs. de re
gula bt̄i
augustini
noto vobis.
et timenti
ne forte ser-



pulchrū ad eos intrare. Quē cum
vidisset sophocles dixit ad sociū. O
pulchrū puerū vide. Et vides ad
eū. Decet sophocle ptorem non solū
mentē sed et oculos sustinētes hr̄e.
Si autē hoc decet ptore. q̄to magis
virū religiosū. Non est g̊ sine culpa
viri religiosi q̄ habeat oculos impu
dicos. et hec est p̄ma causa quare
debet cauere vir talis ab impudico
mulierꝫ aspcū. Q̄ qui in feminā figit
oculū non debet putare se ab alijs
nō videre Cap̄ Octuagesimū q̄rtū.

Nec putare debet qui in feīā fi
git oculū. et illi q̄ in se ipē dilig
fixū ab alijs se nō videri cū hoc faciat.
videt̄ oīō et a quibꝫ se videri nō ar
bitrat̄. Hic tangit̄ s̄cda rō que est
ex pte pximi quare mādatū p̄dcm̄
est obs̄uandū. Et nota q̄ aliqui s̄t
ita stolidi. q̄ cū nō vident alios non
putāt se interdū videri ab alijs. Isti
sūt sicut azinus animal stolidum
de quo dicit̄ q̄ cū habet caput int̄
sentes et non videt lupū putat se
nō videri ab eo. Sūt iterū sic̄ pueri
qui in ludo quodā cū recurrunt ad
genua matris et ibi abscondūt ca
put. nō putāt se videri ab alijs pu
eris quos nō vident. Sicut etiā cecus
nō putat se videri ab alijs quos n̄
videt. Ita multi cū aliq̄ i discipliā
te q̄mittūt ēta mulieres nō vidē
tes alios. nō putāt se videri ab eis
s; nō est ita. Nō putabat ysaac se
videri cū iocabat̄ cū vxore sua re
becca sed vidit hoc abimalech rex
palestinorū pspiciēs p fenestrā.
Gen̄. xxvi. Non putabat ille iuue
nis qui ābulabat aduesperascente
die iuxta domū meretricis. que dep
hensū osculata est se videri a salo
mone. quā tn̄ vidit de fenestra do
mꝰ sue pspiciēs per cancellos. Pū.
vij. Nāq; et illa mulier dephensa
in adulterio adductaq; ad ihesum
Ioh̄ viij. Putabat se videri ul̄ ad
ulterantis cū ea qn̄ sūt. et visi et cō

phensi. Sic quoq; quodā dei iudicio
multi in huiusmodi cū se putāt latere
dephendūtur supna prouidencia.
non sine causa valde utili l; facienti.
Dum eīm huiusmodi sūt corriguntur
p q̄fusionē interdū. et nunq̄ dei fo
re corrigerentur. Ideo orat pro illis
p̄sbra dicēs. Confūdant̄ et q̄uertant̄
retrorsū scilicet a malis conceptis
retrahātur p q̄fusionē. Ite alijs
videntibꝫ incutit̄ timor similia fa
ciendi. sicut accidit de latronibus
dephensis quorū dephensio ē alijs
ad timorē exemplū. Actuū v. de
anania et saphira quibꝫ dephensis
et punitis sequit̄ in hystoria. Et fc̄
est timor magnꝰ in vniūsa ecclia
in omnēs qui audierūt hoc. Ite fu
latrones interdū plꝰ nocēt in
luce q̄ raptores. ita et oculi
q̄ frequencius q̄mittūt̄ et maiores
uadūt et minꝰ ab eis pt̄ caueri.
sicut ꝙ latrones frequēcius nocēt q̄
raptores. et magnos thezauros
inuadūt ubi raptores capiūt agnos
uel capras. nec pt̄ pr̄ familias
ab hijs cauere q̄ nesciat qn̄ veni
Regū xxiiij. Immisit dn̄s sibi la
trūculos p̄nissic caldeorū. et latrū
culos syrie. latrūculos moab et filiorū
amon in iudam ut disperderēt eū. Pro
inde dn̄s rei publice et amator boni
eius. facit interdū ut dephendantur
huiusmodi pctā. sicut et dni terrarum
adhibent diligenciā magnā ut dep
hendant̄ latrones et q̄fundantur.
Iēmie. ij. Quō q̄funditur fur qn̄ dep
phendit̄ sic q̄fusi sūt domꝰ isrl̄ qui
religiosos designant. Igit̄ huiusmodi
homiēs videnť interdū et dephē
dūt̄ deo pcurāte. et pter eorū cor
repcionē et pter aliorū timorem
et pter bonū cōmune. Sequitur.
De cōdicōibꝫ diuini intuitꝰ ꝙ quō va
let ad cauedū pctm̄ Caplm̄ lxxxv.

Sed et si lateat et a nemine
hominū videat̄ quid faciet de
illo desup inspectore quem latere



Non enī pt multū supra hoīem. ⁊ idō
si quis conat̄ᶻ aliquātulū cōtra eum
stati vīncat. Nonū est adiutoriū
bonoꝝ. Ecci. iiijᵒ. Et si quispiā ꝑualue
rit cōtra eū duo resistent ei. et ideo
debēt q̄re sollicite oroēs ⁊ adiuto
riū bonorū. Sextū est ꝟtus fidei. sā
enī ꝑ fidem vicerūt regna. et hᵉ est
victoria q̄ vincit mūdū fides vrā
et silē principē mūdi. et ideo dicit
Pe. ꝟ. resistite fortes ī fide. Septi
mū est fidelis reuelacio temptacio
nū in confessioē bonis viris. Vnde
ī vi. pūn. Nichil ita ꝯfūdit et alli
dit virtutē demonū. quō si quis se
creta cogitacionū reuelauerit sāc
tissimis prībus. latronū enī ē fu
gere vbi ꝓpendūtᶻ. Octauū ē me
ditacio sacre scrpture. cor ei' huānū
est sicut molendinū qd' semper
aliq' molit et ideo qñ reuoluit in
se sacrā scripturā nō recipit aliud
qd' dyabolus afferat ad molēdū
ꝑ cogitaciones. Bernhᵈ de cotidi
ana lectione aliq' ī mēte mēorie
dimittendū. qd' fideliq dirigatur
et sursū reuocatū crebrq ruminetur.
qd' ꝓposito cōueniat. qd' ī
tencioni proficiat. qd' detineat a
nimū ut aliena cogitare non li
beat. Nonū est crucis memoria
hoc est ei' vexillū qd' erectū tīret ⁊
fugat demones. Crisos. Tanta ē
virtq sedule meditacoīs crucis
xpī q' si fidelit' ī corde teneatᶻ stati
ad ei' memoriā totq dyaboli
fugatur exercitus. Decimū est
sciencia diuina q̄ in multis in
struit cōtra istud bellū. In bello enī
plq valere solet sapiā q̄ vires
vel arma bellica. Ysa. xi. Nō no
cebūt neqꝫ occident in vniuerso mō
te meo scilicet hostes īfernales qꝛ
repleta est tra sciā dnī. Vndecimū
est cōtricio capitis tēptacionū sci
licet cogitacionū ꝑimarū. lubricus
est enī coluber tortuosq sicut dicit.
Jeroq. et nisi capite teneatᶻ totq illa
bitᶻ. Grego. Si tēptacoī ī corde nascē
ti festine non resistitᶻ ac eadē qua nu
tritur mora roboratᶻ. Duodecimū
est sine quo alia nō ꝑsunt diuinū
auxiliū. Ipē enī deq est qui cōsuat
ī temptacoē. Ecci. xxxiij. In tēpta
cione cōseruabit illum a malis sci
licet deus timentē se. Itē eripit a tēp
tacoē. Ps. In te eripiar a tēptacoē.
Itē nō ꝑmittit temptacione ma
lescere. Cor. xᵒ. Non ꝑmittet vos
temptari sup id qd' potestis et idō
quasi ad sūmū remediū docens cō
fugere doctrinā dnī sequēs dicit Aug.
Oret ut ī temptacionē nō īducatᶻ
a dnō scilicet ꝑmissiue. Felices qui
ꝑdictis vtētes remediys virilit' re
sistūt tēptacoibq. Nam scilicet dicit
Bdus. Quociens tēptacoibq re
sistimus demones supamq. āgelos
letificamq. deū honoramq. ipse
nos hortatur ut pugnemq. adiu
uat ut vincamus. certātes spectat.
deficiētes subleuat. vincētes cōnat.
[illegible]
[illegible] regnum [illegible] plessē et ad āplius non
[illegible].

Explicit cōmentū mgrī
Hūberti sup rgulā Aug.

Nō

Cui